IX.

AVREI VELLERIS SIVE.

SACRÆ PHILOSOPHIAE VATVM SELECTAE AC VNICAE MYSTERIORVMQVE DEI, NATVRÆ, & Artis admirabilium, Libri tres.

AVCTORE AC COLLECTORE GVILIELMO MENNENS *Antverpiano.*

SERENISSIMO CAROLO CROIIO ET ARSCOTANO DVCI, S. IMPERII PRINCIPI, Equiti Aurei Velleris, &c. Domino ſuo.

CVM mecum reputo, Princeps illuſtriſſime, ſapientiæ ſtudio, fructuq; inde promanante homini nil prius, nihil exoptandum magis obvenire poſſe: ipſa enim cogitatio exercitatioq; rerum præſtantiſſimarum, ac imprimis divinarum, & circa quas ſapientia potiſſimum verſatur, eo melior atque perennior, quo excellentiora diviniora q; per eam cognoſcuntur acquirunturq; ; itaq; contemplatio commentatioq; earum rerum optima: ſopitas namq; illas, de cognitione Dei ac ſui ipſius inſitas notitias excitat in nobis, vnde indicibilis lætitia in animo naſcitur. Quamobrem inquit Propheta regius: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo. Si itaque ſignatum eſt ſuper

Sapientia in rebus divinis.

eſt ſuper